Heorum quasi carbonum ignis ardentium
et quasi aspectus lampadarum. Capitul.
Hec erat visio discurrens in medio
quatuor animalium: splendor ig-
nis et de igne fulgur egrediens. et
animalia ibant et revertebantur in simi-
litudinem fulguris choruscantis. R.
Quatuor animalia. hym. Annue X.
In omnem
terram. A. Ecce ego iohannes vidi hostium
apertum in celo et ecce sedes posita erat in eo
et in medio sedis et in circuitu eius quatuor
animalia plena oculis ante et retro et dabant
gloriam et honorem et benedictionem seden-
ti super thronum viventi in secula seculorum.
Deus qui beatum. R. Or.
evangelistam tuum. e- a- e-
evangelice predicationis gratia sub-
limasti tribue quesumus: eius nos semper
et erudicione proficere. et oratione defendi.
P. In-
vitator. Venite adoremus regem evange-
listarum dominum. P. Venite. hymnus. Exultet.
In i.
A.
Convocatis iesus duodecim
apostolis misit illos predicare regnum dei
egressi autem evangelizabant et curabant
ubique. P. Celi enarrant. A. Mittens dominus et
alios ad predicandum dicebat illis messis

quidem multa operarii pauci. P. Benedic. A.
Ihesu christi dominum gratia ardentibus pro-
pulit doctores et evangeliste sunt in finibus
R. In omnem terram.
rio fori missi. P. Eructavit. Lc. prima.
Per sancti prophete spiritum pennata
animalia subtiliter descri-
buntur. ut hec evangelista-
rum significaret personas. pro-
pter nobis subtilitas descriptionis aperiat.
nichil que sermo dei nostro intellectui dubie-
tatis relinquat. Ecce enim dicitur. Simili-
tudo autem vultus eorum facies hominis.
et facies leonis a dextris ipsorum quatuor.
Facies autem bovis a sinistris ipsorum quatu-
or. Et facies aquile desuper ipsorum quatuor.
Quod enim quatuor hec pennata anima-
lia secundum quatuor evangelistas designent:
ipsa uniuscuiusque libri evangelica exordia
testantur. Nam quia ab humana gene-
ratione cepit iure per hominem matheus. Quia
per clamorem in deserto recte per leonem
marcus. Quia a sacrificio exorsus est:
bene per vitulum lucas. Quia vero a di-
vinitate verbi cepit: digne per aquilam
significatur iohannes. Qui dicens. In principio
erat verbum et verbum erat apud deum. et deus
erat verbum. dum in ipsam divinita-
tis substantiam intendit: quasi mo-
re aquile oculos in sole fixit. R.
Vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab
aquilone nubesque magna et ignis involvens
splendorque in circuitu e- ius et de medio

go——rum similitudo quatuor animalium et

aspectus hominis e——rat in eis. V. De me

dio——autem eius quasi species electri hoc

est de medio ignis. Et aspectus. Lc. ii.

Sed quia electi omnes membra sunt redemptoris nostri. ipse autem redemptor noster caput est omnium electorum: per hoc quod membra eius figurata sunt: nil obstat si etiam in his omnibus et ipse signetur. Ipse enim unigenitus dei filius veraciter factus est homo. ipse in sacrificio nostre redemptionis dignatus est mori ut vitulus: ipse per virtutem sue fortitudinis surrexit ut leo. Leo etiam apertis oculis dormire perhibetur: quia in ipsa morte in qua ex humanitate redemptor noster dormire potuit: [illegible]

[illegible]

[illegible]

cendens ad celos: in superioribus elevatus est ut aquila.

R. [illegible] Quatuor facies uni erant et quatuor penne uni pedes eorum pedes recti planta pedis eorum ut vituli et scintille quasi aspectus e——ris cand(e)ntis. V. Sub pennis eorum manus hominis in quatu——orum. Lc. iii.

Totus ergo simul. Cor par——ti bus. Et scintille.

Totus ergo simul nobis est: qui et nascendo homo. et moriendo vitulus. et resurgendo leo: et ad celos ascendendo aquila factus est. Sed quia per hec animalia evangelista quatuor: et sub eorum specie simul perfectos omnes iam superius significari diximus: restat ut quomodo unusquisque electorum istis animalium visionibus exprimitur ostendamus. Omnis electus atque in via domini perfectus et homo. et vitulus: et leo simul et aquila est. Homo enim rationale est animal. Vitulus autem in sacrificio mactari solet. Leo vero fortis est bestia: sicut scriptum est leo fortissimus bestiarum ad nullius pavebit occursum. Aquila ad sublimia evolat. et irreverberatis oculis solis radiis intendit. R.

Similitudo vultus animalium facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum quatuor facies vero vituli atque aquile a sinistris ipsorum quatuor et facies et penne er[illegible]

rum iungebantur et due tegebant corpora eorum. In. ii.

pora. Et facies. R. A. Sapientia domini evangelii erumperunt abissi et annunciant fecundati rore celi mundo intonant. V. Omnis g.

Labia eorum salutarem disseminaverunt A. scienciam opus sanctum dignum benedictione plenum fecerunt ministerium sibi traditum devote impleverunt. Gloria. D. Sp.

Elegit eos ex omni carne et dedit illis precepta

vitam. Et legem uite et discipline. ps. Exaudivit. o. in. Tues.

Omnis itaq; qui in ratione l. c. iiij.
pfectus est: homo est. Et qui se
metipsum ab huius mundi uo
luptate mortificat: uitulus est. Quia u
ipsa sua spontanea mortificatione cont
omnia aduersa fortitudine securitatis
habet: unde scriptu est iustus aut q̄si
leo confidens absq; terrore erit: leo est.
Quia uero sublimiter contemplatur ea
que celestia et terrena sunt: aquila est.
Igitur q̄m iustus quisq; p ratione homo.
p sacrificium mortificationis sue uitulus.
p fortitudine securitatis leo. p contempla
tionem uero efficit aquila: recte p hec scā
animalia signari unusquisq; pfectus
potest. Quod uero dicimus: ut ea de q̄ttu
or animalib; dicta sunt [illegible]

Faciei et pen- nas per quatuor partes ha
bebant incedentes non reuertebantur sed
unum quodq; ibant ante fa- ciem
suam. V. Pedes eorum pedes recti, plan
ta pedis ut planta ui- tu- li. Incedentes.

Magna nob de eisdem l. c. v.
evanglistis et scis pdicatorib; q̄
stio oritur. cur homo et leo a
dextris ipsorum quatuor: uitulus u a si
nistris ipsos quatuor esse phibet. Nec q;
enim sine mira ratione est: cur duo illa
a dextris et unum hoc esse a sinistris dicat.

Et rursum querendu cur aquila non
a dextris uel a sinistris. s; desup ipsos q̄
tuor esse memoratum. Duas itaq; que
stiones nob obicimus: quas oportet ut
apiente dnō dissoluam. homo g et leo
a dextris. uitulus u a sinistris esse phibet.
A dextris et enim leta. a sinistris uero tri
stia habemus. Vnde et sinistrum nobis
esse dicim: hoc quod aduersum esse de
putamus. Et sicut p̄fati sum: p homi
nem incarnatio. p uitulum passio. p leo
nem uero auctoris nri resurrectio designat.
R. Similitudo aspectus animalium ut car
bonum ignis ardentium et uelud aspectus
lampada- rum. ubi e- rat spiritus
impetus illuc gradiebantur cum ambula
[illegible]
ante faciem suam. Vbi erat. l. c. vi.

De incarnatione autem unigeni
ti filii qua redempti sum: omnes
electi letati sunt. De morte uero
illius ipsi electorum pmi scī apli contristati.
qui iterum de eius resurrectione gauisi
sunt. Quia g et eius natiuitas et resurrec
tio [illegible] discipulis p̄buit. quos eius
passio contristauit: homo et leo a dextris.
uitulus u a sinistris eis fuisse describitur.
Ipsi namq; evanglistē scī de eius huma
nitate gauisi sunt: de eius resurrectione
confirmati. qui de eius passione fuerat
contristati. homo g et leo eis a dextris est:
q̄a redemptoris nri eos incarnatio uiuifi
cauit resurrectio confirmauit. Sz uitulus

a ſiniſtris: quia mors illius eos admonen-
tum temporis in infidelitate proſtrauit. R.
Quatuor animalia ibant et reuertebantur in ſimilitudine fulguris choruſcantis et
erat in medio ſplendor ignis et de igne ful-
gur egrediens. V. Erat autem
quaſi uiſio diſcurrens in medio quatuor
animalium. Erat. Gloria patri et fi-
lio et ſpiritui ſancto. Et erat. In iii. noct. A. Elec-
ti ſunt in xpiſto ante mundi conſtitutio-
nem ut eſſent ſci et inmaculati in conſpectu
dei in caritate. Ps. Confitebimur. A. Sapienti-
am eorum narrabunt omnes populi et lau-
dem eorum pronunciet omnis ecclia ſanctorum.
Dñs regnauit. A. Spiritu intelligentie re-
pleuit eos dominus et ipſi tanquam im-
bres miſerunt eloquia ſapientie ſue. Ps. Dñs
regn. irr. V. Nimis honor. Secdm lucam.
Lc. x. Deſignauit dñs ihc et alios ſep-
tuaginta duos diſcipulos: et miſit illos
binos ante faciem ſuam in omnem ciuita-
tem et locum: quo erat ipſe uenturus. Et r. O.
Dñs et ſaluator nr. Beati Gregorii pp.
Dñs frs kmi aliquanto nos ſermonibus

aliquanto uero opibus admonet. Ipſa etenim
facta eſt precepta ſunt: quia dum aliquid
tacitus facit: quid agere debeamus innoteſ-
cit. Ecce enim binos in predicationem diſci-
pulos mittit. quia duo ſunt precepta cari-
tatis. dei uidelicet amor et proximi: et minus
quam inter duos caritas haberi non po-
teſt. Nemo enim proprie ad ſemetipſum ha-
bere caritatem dicitur. ſed dilectio in alterum
tendit. ut eſſe caritas poſſit. R. vi.
Cum aſpicerem animalia apparuit rota
una iuxta ea quatuor habens
facies et una ſimilitudo ipſarum qua-
tuor. V. Aſpectus rotarum et opus e-
rat quaſi uiſio maris. Et una. VIII.
Binos ad predicationem diſcipulos do-
minus mittit. quatinus hoc nobis ta-
citus innuat: quia qui caritatem
erga alterum non habet predicationis offici-
um ſuſcipere nullatenus debet. Bene autem
dicitur quia miſit eos binos ante faciem
ſuam in omnem ciuitatem et locum quo
erat ipſe uenturus. Predicatores enim ſu-
os dñs ſequitur: quia predicatio preuenit. Et
tunc ad mentis nre habitaculum dñs ue-
nit: quando uerba exortationis precurrunt.
atque per hec ueritas in mente ſuſcipitur. Hinc
namque eiſdem predicatoribus yſaias dicit.
Parate uiam dñi: rectas facite ſemitas dei
nri. Hinc illa pſalmiſta ait. Iter facite ei:
qui aſcendit
Statura erat rotarum et altitudo orribilis totumque corpus plenum ſuper occaſum. R.